

guæ adytæ ulterius contendere poterit, maximè  
si in scholis forsitan linguas aliquando docere ve-  
lit. Et huic tali patet universa antiquitas He-  
bræa, Græca. E Latinis potissimum legat veter-  
es philosophos, oratores, poëtas, historicos,  
philologos, Virgilium, Horatiū, Ovidium, Lu-  
cretiū, Terentium, Plautū, Ciceronē, Salustiū,  
Tacitum, Quintilianū, Senecā, Scaligeros, Bau-  
dios, Heinsios, Grotios, Vossios, Barłeos, Lipsios,  
Puteanos, Muretos, Kirchneros, Piccartos, Bar-  
thios, Gruteros: hisq; nonnunquā sepositis, in-  
genii vires scribendo & disputando experiatur.

¶ 13. Quia verò superforaneū fuerit, fundamē-  
tum poluisse, nisi superstruxeris, etiam atq; et-  
iam cogitandum est, accuiq; seriò statuendum,  
quod in stadio feliciter cœpto constanter pro-  
grediendum usq; ad metam.

Hoc fiet, si studium theologicum dignis preciis aſti-  
maveris. Neque enim quisquam multum laboris col-  
locaverit in eo, quod ante res alias non habet. Cætera pe-  
ritus & fidus præceptor auditoribus suis facile suggeret,  
non insuper habitis iis, quæ infrà cap. X. de stadiis sacri stu-  
dii decurrentis ad metam cujusq; docemus. Consule &  
Cassianum Coll. XI. de Spirituali scientia Abbatis Nestororis.

### C A P. III.

#### De mediis & quidem divinis in specie.

**M**edia, quæ ad scopum suum consequendum stu-  
diosum Theologiæ per Dei gratiam prudenter e-  
ligere, aut saltem sibi concessa in hac ordinaria profi-  
ciendi ratione, quæ hodie in Ecclesia Dei viget, adbibere  
oportet, sunt divina aut humana. Illa